



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

I. Consuetudinum receptarum usus à Pontificibus probatus. Ius canonicum constat canonibus & moribus. Disciplina complectitur ritus sacros & jurisdictionem. In utroque capite, par auctoritas ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

P. Arcudius l. 3. c.
9. de Concord.
Kecel. Occid. &
Orient. in Sacra-
ment. administ.
Concilium illud
in versione Latini
nunquam venu-
stiter.

... id est
... id est Patriar-
charum.

Episcopus Arienſis, quam anno MDXXVI. publicavit: in qua multoties hallucinatus est, ut obſervat Arcudius. Suspici licet, de industria hunc locum ab eo minus ſince- rē redditum; quia contentiones quæ de Canonibus inter Græcos & Latinos emer- ferunt, in Latina interpretatione Concilij omnino diſſimulat. Quod diſcrimen alie- nam à paſtis conveſtis cum Orientalibus ſententiam Decreto affingit; cùm è Græco contextu conficiatur, Papa privilegia eſſe explicanda & exercenda ſecundūm canones & ſecundūm Acta Conciliorum Oecumeni- corum, id eſt, oēo Conciliorum quæ ex Occidentalī & Orientali Ecclesiā conſta- bant. At è contextus Latinī depravata le- ctiōne eruitur, plenam eſſe Papæ potesta- tem, idque probari Actis Conciliorum, & Canonibus. Si quis ſibi perſuadere malit de- luſos à Latinis Græcos ambigua ſcribi- ratione, per me licet; p̄cipue cùm apud Antoninum eadem lectio Latina repra- ſentetur. Verba autem Græca in ſincero ſenſu accepta modum exercitio potestatis ponti- ficiæ imponunt, ei ſimilem quem Eccleſia Gallicana tuerit. Imò verò Græci vi- den- tur formula noſtræ penè ſimi li- juribus Ec- cleſiæ ſuę cauiſſe. Etenim Decretum illud, quod liberam Papæ administrationem ag- noſcit, hiſ verbis concludunt, ſalvis vide- licet privilegiis omnibus & juribus Patriarcha- rum. Quemadmodum ſolenne eſt in Gallia Summi Pontificis auctoritatem colere, ſal- vis juribus & Libertatibus Eccleſia Gallicana.

cit Romanis contrariaſ.

V. Expendit regula Decretalium, conſuetu- dines eſſe nullas que violent libertatem ecclesiasti- cam. & Principibus ecclesiasticis negotia permittunt. Quod verum, ſi libertas omnino tolleretur, non au- tem ſtreſtingatur, e Corværia. Aliis placet con- ſuetudinem eſſe nullam; ſed ſi privilegium allegetur, preſumti confeſſum fuſiſt, ex poſſeſſione immemoriali.

VII. Hanc ſolutionem amplexi ſum maiores noſtri. Hinc manaverunt Privilegia Eccleſia Galli- cana, & Crimina Privilegiata apud Pragmaticos. Hac conſuetudines Gallie excusant Bellarmi- nus & Snareſ, ſub nomine Privilegiy.

VIII. Alio etiam modo responderi potest: In dubio an Principibus bac potestas competat, ſedem apostolicam convivere. Quæ conniuentia diſpenſationis viem ſubit, ſi neceſſaria fit. Quesito excitata, an ex hac toleramia naſcatur preſcriptio, non eſt neceſſaria. Theologi quidam negant. Iuris conſulti aſſerunt ex hac toleramia ſequi preſcriptionem.

IX. Canones & repte conſuetudines mutari non poſſunt ſine diſſidio. Observatione canonum con- cordia retinetur. Conſuetudines tolerante a Pontificibus, ne diſſenſiones oriuerentur ex novitate.

I. N O N ſolū autem Canonum & Decretrorum perpetuam executionem polliciti ſunt Summi Pontifices, ſed etiam benigno in ſubjectas Eccleſias animo uſi, conſuetudines antiquas in provin- ciis inviolatas ſervari voluerunt. Ius enim canonicum, perinde ac civile, ſcripto & non ſcripto conſtat. Vnde Iudices cogni- tores in Concilio Chalcedonensi reſtē pe- tunt ab Anastasio Epifcopo Nicæno, qua ratione probare veller Eccleſiam Baſiliopolos ſubjectam eſſe Nicæna, an ſecundūm canones, an ex conſuetudine aliquia. Et annis aliquot superioribus Faſtinus Legatus Ro- manæ Eccleſiæ dixerat in Concilio Africa- no, aliqua teneri canone, aliqua verò con- ſuetudine. Quare Photius in Nomocanone reſtē adnotavit ecclesiasticam conſuetu- dinem non ſcriptam perinde ac legem ſervari; quod probat ſynodo ſexta, & e Baſili lo- cis aliquot. Eandem conſuetudinis antiquæ auctoritatem probant Ivo & Gratianus in collectionibus suis, ex Auguſtino & Ifidoro, aliisque testimonis. Planè dubitari non potest quin magna debeat eſſe viſ conſuetudinis in disciplinæ ecclesiasticæ admini- ſtratione, cùm ex ea provinciarum privile- gia metienda eſſe ſynodus Nicæna velut edicto perpetuo definiverit, Antiqui mores obtineant, inquit, idemque poſtea ſynodus

A. B. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

ab. C. D. E. F.

G. H. I. J. K. L.

M. N. O. P. Q.

R. S. T. U. V. W.

X. Y. Z.

CAPV T IX.

Synopsis.

I. Conſuetudinem receptarum uſu à Pontificibus probauit. Ius canonicum conſat canonibus & mori- bus. Magna viſ conſuetudinis in Eccleſia admini- ſtratione. Diſciplina complectitur ritus ſacros & ju- riſdiſtionem. In utroque capite, par auctoritas con- ſuetudinis. Duplex conſuetudo, vel universalis Ec- cleſia, vel quarundam provinciarum.

II. In conſuetudine particulari hec eſt regula, eos mores retineri poſte qui fidei non officiunt. Gre- gorij Magni ea de re locuſ.

III. Hac regula uitiat Theophylactus ad con- ſervandam communionem Eccleſia Occidentalī & Orientalī, quarum ritus vary. Et Leo IX. atque Fulbertus.

IV. Et ante ceteros, Ireneus; qui Victorem mo- nuit, ne Eccleſia Aſiatica recideret ab Eccleſia communione, ob diverſam conſuetudinem. Acquie- vit Victor Ireneo. Vnde refelluntur Novatorum ar- guie, ex hac nova animadverſione.

V. Quod de ritibus dicuntur, trahit debet ad reli- quia discipline capita. Gallicanas conſuetudines lau- dat Gregorius M. & Alexander III. tolerat, li-

Cum autem discipline ecclesiastica duo ſumma capita complectantur, ritus ſcilicet, & juſdiſtionem, conſuetudinis in utram-

que partem par omnino est auctoritas; et si religiosius tractanda sint quæ ritus sacros respiciunt, cum pietatem arque externum divini numinis cultum contingant. Sed, ut eleganter monuit D. Augustinus, de consuetudine dupliciter disputare possumus; vel ut est universalis Ecclesiæ traditio, vel ut est propria & particularis quarundam Ecclesiarum institutio. Universalis illa traditio; quæ per universam servabatur Ecclesiam, nec à Concilii decreta erat, quin ab Apostolis profecta esset non dubitabat Augustinus. Sed traditionem illam missam facimus, quæ ad propositum nostrum non pertinet.

11. De particularibus provinciarum moribus est agendum : in quibus haec regula tenenda est, ut si fidei non officiant, usurpari possint prout à majoribus sunt traditi; nec aliorum consuetudo aliorum contrario more subverti debeat, ut docet Gratianus ex Augustino, Hieronymo, & aliis.

Quare Gregorius Magnus, divini & humani juris callentissimus Pontifex, inverat consuetudines, quas in administranda Ecclesia sequebantur, Africanis integras reliquit. Concilium Numidiae à Pelagio Gregorij decepsore petierat ut veteri mores, qui per Numidianam ab ipsis B. Petri temporibus invaluerant, inviolati servarentur. Gregorius post obitum Pelagi rescripsit se omnia antiqua *capitula illis* permittere que fidei contraria non essent. Prudens sanc*t*e responsum, quo pax Ecclesiarum continetur, & contentionibus quæ disciplina sapientissime emergunt, via penitus occluditur. Peuisis, inquit, per Hilarium Charularium nostrum à beate memoria predecessor nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas à B. Petri Apostolorum principiis ordinationum initisi haecenius vetustas longa seruavit. Et nos quidem juxta scrierem relationis vestre, consuetudinem, quæ tamē contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de Primatibus constituendis, sive de ceteris capitulis. Eodem sensu rescripsit ad Dominicum Carthaginensem Episcopum: De ecclesiasticis privilegiis quod vestra fraternitas scribit, hoc postposita dubitatione teneat, quia sicut nostra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura servamus.

I. III. Quidquid ab Africanis usurpatur, dummodo fidei regulam non violaret, Grégorius diserte confirmat. Eadem regula uisus est Theophylactus Bulgariae Archiepiscopus in epistola ad Nicolaum Diaconum & Castrinum, qui ab eo petierant an Gracis liberum esset Ecclesiarum Occidentalis

communionem amplecti, ob discri-
mē qnōd in jejunis, in sacerdotum cibatu,
in azymis, & plerisque alii mysticæ disci-
plinæ articulis intercedebat. Respondet
graviter his verbis inter cetera: *Non omnis*
consuetudo ad dissociandas Ecclesias valet, sed
qua dogmatis differentiam inducit. ubi alludit
ad contentionem de processione S. Spiritus.
Eadem fuit sententia Leonis Papæ IX. qui
circa annum millesimum quinquagesimum
Michaëlem Constantinopolitanum Episco-
pum & Leonem Aridanum acriter objur-
gat quōd Romanam Ecclesiam ob ritus
luos & azymum panem in sacrificiis adhibi-
tum damnarent, & unumquemque coge-

rent ad Græca instituta amplectenda; quamvis alio jure uterentur Romani, qui liberam in urbe Græcorum rituum obſervatiō-
nem relinquebant, ne qua diſfidij occasio
inter Ecclesiā oriretur. Hęc sunt verba
Leonis: *Vt enim fertur, omnes Latinorum Ba-
ſilicas penè clauſitatis, monachis monasteria &
Abbatibus tulit, donec vestris viuentis inſtitu-
tis. Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto
diſcretior, moderatior, & clementior vobis eſt.*
*Siquidem cum intra & extra Romam plurima
Grecorum reperiantur monasteria, ſive Eccleſie,
nullum eorum adhuc periturbatur vel prohibetur
a paterna traditione, ſive ſua conſuetudines quin
potius ſuadeant & admonetūr eam obſervare.*
*Nec enim animoſtratem impie heresēs habet,
que ſempre diſiōne gaudet, dicens per patri-
cidam hereticum: Nec mihi nec tibi ſit, ſed in-
cidatur. Sed pietate vera matris ſic Salomonem
deprecatur: Obſcro, Domine, date huic infan-
tem vivum, & nolite interficere eum. Scit nam-
que quia nihil obſunt ſaluti credentium diverſe
pro loco & tempore conſuetudines; quando una
fides per dilectionem operatur bona que potest,
uni Deo commendans omnes. Aliquot annis ante
Leonem Fulbertus Carnotensis de variis
obſervationibus Eccleſiarum Orientis &
Occidentis, eadem regula uſus, judicium
tulit: *Sed nec parva nec rara ſunt, que ab aliis
neceſſariò ſervanda, aliis non adeo curanda
affirmantur. Nec tamen nos offendit obſervantie
diverſitas, ubi fidei non ſcinditur unitas. Porro
in multis Grecis ab Hispania, ab illis Romana
& Gallicana diſcrepat Ecclesia. Sed neque in hoc
ſcandalizamus, ſi audimus diverſam obſerva-
tionem, ſed non diverſam fidem in Christi ſem-
per Eccleſis exitiſſe. Stet enim Regina Eccle-
ſia a dextris Regis ſui, in uerbi deaurato,
circumdata varietate.**

I V. Sanæ variæ jam olim invaluisse consuetudines in Quadragesimæ ceterisque statorum dierum jejuniis adnotavit Irenæus, eamque obseruationum discrepantiam nullum in Ecclesiam diffi-

Theophyl. relatus
ad Dennerio. Chon-
iatum l. c. Iuris
Graec. Rom. et
Iuris Ios. Rom. et
Iuris Graec. Rom.
Iuris, ad hanc
not. dispensatio
non est deponens;
Loc. IX, ep. ad
Cyprian. c. 5.
*Dicitur aposto-
lum & Latine
Ecclesiastis nova
presumptione ar-
gumento incredibili
autem non auditum
non concidit pa-
lmar domini, pro
re mecum quod
de auxiliis ostendat
communiorum*
*Domini & Pa-
pae
non celebrare.*
Idem c. 29.
*Additum Perum Ap-
osto. Cluniaque
l. 1. ep. 2.
Sunt immorabili
& diversissimae
diversorum Ecclesie-
iarum sed unam
catholiceam per-
severant conserua-
tiones i. ne pen-
sione sit varietas
suum, quanta
multiplicitas Ec-
clesiarum. Sed non
datur aliquem
deusa iustitia,
qui & vero fidet
suefrat, & cari-
tas eius compaginat
an oblitus. P. ha-
cerat autem fidet la-
titudine, ut cari-
tas nostra per-
durante si secundarie
est fit, dominabile
est si publice,
dominabile final
est hereticis.*

Fullerius sp. z. ad
Eupardum.